

*Jo. Bapt. Mayer de qua ca. 1700 et 1710*

AD VITAM D. N. A. M. D. C. C. L. I. I.

**IOACHIMI  
MYNSINGERI A**  
FRVNDECK, IVRISCONS  
CLARISSIMI,

*Auctoris dam-  
nati -*

**RESPONSORVM IVRIS,  
SIVE  
CONSILIORVM**  
DECADES DECEM, SIVE  
*Centuria integra,*

*In Gregoriana  
ex Do. Martino  
Petro de qua ca.*

Nunc primùm in communem Iuris studiosorum  
usum publicatæ ac editæ.

*Accessit INDEX rerum & uerborum locupletiss.*



INSIGNIA GENTILITIA  
MYSINGERORVM A' FRVNDECK

A.239.498



tenet:  
enct,  
entio,  
his.  
Inro,

# ILLVSTRISSIMO

ATQVE GENEROSISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO, D. IVLIO, DVCI BRVNSVICENSI

& Lunaburgensi, &c. Domino suo cle-  
mentis. S. D.



**V**M singulari DEI opt. max. beneficio, I V L I, Princeps illustris. tibi datum sit, non solum credere Salvatori nostro CHRISTO, sed eius etiam nomine contumelias, crucesq; varias, cum periculo corporis & fortunarum periculis, priusquam ad hereditarij Ducatus tui gubernationem devenires: nihil sane intremis, te quamprimum patri tuo (felici memoria) velut legitimus & unicuique heres in imperio suscepisti praecipuam adhibuisse curam, ut explosis idololatrijs, corruptelis, & prestigijs, quae passim a multis annis in vera Ecclesia Catholica Dei irrepserant, vera,

paraque de DEO doctrina sonaret in tuis regionibus: & recte quidem Sicut enim Religio fundamentum est omnis bonae gubernationis & imperiorum, omnesq; virtutes complectitur, ac secum trahit: ita primum & potissimum principum officium est, verum DEI cultum, religionem sinceram, honestamq; disciplinam tradere, propagare, atque hinc, & se, suosq; subditos ad eam componere, impios vero cultus, idolomanias & abusus extirpare atque abolere. Id autem C. T. mox in primordio suscepisti gubernationis, velut nutritivum Ecclesiae (ut Esaias propheta principes recte appellat) incredibili pietate ac studio, nec modicum fecisse impensis, testatur non modo Ecclesiastica ordinatio abs te in publicum emissis, sed omnes etiam tui Ecclesiae passim praepositi Episcopi & Pastores, ac canobii, sine menasferia, meliorem iam in statum reposita, siue (ut nunc dicunt) reformata. Post absolutum vero (iuvante DEO) Christianae Religionis negotium, iustitiae quoq; administranda curam tibi habendam esse censuisti. Neque enim pro tua singulari prudentia ignorabis, iustitiam esse alterum & proximum a Religione, administranda Reipub. fulcimentum, ut quae ad omnes tam bonos quam malos ex aequo spectet, unicuique quod suum est, & quod meretur, tribuat, siue premio probo afficiendi sint, siue multandi poena improborum: contra vero iustitiae neglectum & suspensionem nihil fieri aliud, quam quod rerum bene constitutarum confusionem, perniciem & excidium cum Principum, tum subditorum trahat post se comites. Nihil equidem est, quod verum Principem aequo deceat post pietatem quam iustitiam colere, & mordeus observare: nihilq; magis praecipuum aut peculiare boni principis est, quam recta iustitia trutinam imperium moderari: nec ulla sunt tutiora magistratuum, & eorum qui ceteris praesunt gubernacula, quam quae iustitiae aequilibrio innitantur. Sine iustitia enim regna, vel dicta Augustino recte, nihil aliud sunt, quam mera carnis sine & latrocinia. Recte ergo Tiberius Constantinus L. Rom. Imp. (sicut Paulus Diaconus tradit) postquam Imperium septem rexit annis, sentiens sibi diem mortis imminere, Mauritium Cappadocem, virum strennum, desponsata ei filia, Imperij successoris dedit: Hoc, inquit, regno tandem felix uteris, quia de aequitate & iustitia tranvites observaveris. Et Paulus Aphyricanus, ut Cicero meminit, Scipionem hortabatur, ut iustitiam coleret, & pietatem, quibus viam esse dicebat in caelum. Nam, ut ille recte cecinit:

Est certum, pulsa pietate, & iure relicto,

In chaos antiquam voluerit orbis opus.

Praclare ergo, inclite Princeps, & singulari omnium admiratione ad imperij gubernationem accessisti, cum primo omnium Christianae Religionis nostra curam suscipiendo, puram doctrinam, verumq; DEI cultum in Ecclesijs ac canobijs passim inueneris: deinde iustitiam quoq; administranda prouinciam subeundo, iudicia passim constituta incorrupta. Reges enim & principes optime quidem de suis populis merentur, si illis cura sit, ut in ocio & tranquillitate sua quiesq; munia possit obire, ut iura nigeant & iudicia, ut aequi & boni praeficiantur officarij, ut omnia deniq; recte fiant & ordine. Sed quanto conscientiarum tranquillitas quantum externa pax, & caelestia terrestribus, aeterna caducus praestantiora sunt: tanto praclarior de suis subditis promerentur, quibus hoc primum est curae, ut regi gloriae Christo portas suas adaperiant, deinde ut unum eum populo ex eiusdem praescripto reliquis sui officij partibus desungantur. Idq; te, velut pium, & Religionis Christianae amantem Principem, in primo regiminis tui ingressu ac actibus lo summa cura, diligentiq; studio observasse, posteritas etiam magnis praconijs celebrabit, atq; extollet. Hanc ergo tuam, I V L I Princeps, piam mentem, beneq; coeptam gubernationem, ut aeternus ille, summusq; rerum omnium moderator cum gloria, tum Ecclesiae suae causa benignè confirmet, & largiatur elementisq; ut ea, quae tam in Ecclesijs, quam in politia plantari ceperant, magis magisque rigentur, crescant, prouehantur, & una cum progressibus fructus uberrimos ferant, ardentibus notis, totoq; pectore precior. Hac autem uota mea, ex animo proventus candido proficiencia, non fore proventus irrita, nihil est quod

# DOMINI IOACHIMI

## MYNSINGERI A' FRVNDCK,

IURISCONS. CLARISS. RESPONSORUM IURIS DECAS I.

### RESPONSVM I

Argumenta.

- 1 Quod sit officium iudicis in cognoscendo?
- 2 In causis quibus tantum ambulandum.
- 3 Scopus huius cause.
- 4 Pœna adulterij.
- 5 An probatum adulterium in presenti casu?
- 6 Confessio efficacissima probatio.
- 7 Geminata confessio nimis iudicialis confessionis habet.
- 8 Geminatæ effectus.
- 9 Num hic res mi coacta fuerit fateri adulterium?
- 10 Sororis res testimonium cur non fidem mereatur?
- 11 Dicitur unus testis non ualeat.
- 12 Præter an pro fratre testificari possit?
- 13 Testimonium sororis inuile.
- 14 Que etas in teste requiratur?
- 15 Confessio rei repetita et spontanea.
- 16 Presentia honestorum uirorum metu suspiciones tollit.
- 17 Confessio coacta, et per metum facta, an et quando ualeat?
- 18 Confessio geminata renouari non potest.
- 19 Probatio per coniecturas quando ualeat?
- 20 Adulterium difficilis probatio.
- 21 Ideo in eo probatio per coniecturas admittitur.
- 22 Antecedentia rei uenerunt.
- 23 Coniecturæ, ex quibus adulterium probatur.
- 24 Concluditur in hac hypothesi, adulterium res sufficienter probatum esse.
- 25 Diluuntur defensionis res.
- 26 Testis ab domestico item quando repellendus?
- 27 Mulieres in criminalibus non posse testificari, qualiter intelligendum?
- 28 De adulterio riuiter agi quando dicatur?
- 29 Paupertas an prohibeat testificari?
- 30 Non sufficit dicere, nisi probes.
- 31 Imperfecte probationes coniecturæ probant.
- 32 In his, quæ occulte fieri solent, testes etiam inhabiles admittuntur.
- 33 Post adulterium reconciliatione subsecuta, non licet ad diuortium agere.
- 34 Idem est, non esse, et non apparere.
- 35 Vxor quæ amittit ob commissum adulterium, et diuortium ferunt.
- 36 Eadem amittit ob præcludia adulterij.
- 37 Oblatio ætiora facta coniunctis res, de restituendo lucro nuptiali, an ei obstat?
- 38 Remittentibus iura competentis non datur regressus.
- 39 Iuri neculum competentis non renunciat.
- 40 Renunciatio non acceptata non iuuat.
- 41 Ex sollicitatione uero obligatur.
- 42 Sollicitatio non acceptata renouari potest: secus, si sit acceptata.
- 43 Appellatione dotis non ueniunt parapherna.



BLATA mihi sunt superioribus diebus acta quedam iudicialia, in causa coram nenerabili domino, Officiali curiæ Episcopalis G. moia et agitata inter nosilem et ualidum I. S. de S. a chore, ex una, et dominam Ioannam de

H. uxorem præfati I. S. de S. ream, ex altera partibus, super faciêdo diuortio, seu dissociatione matrimonij, quo ad thorum, propter adulterium à prædicta sua uxore (ut præten ditur) commissum: prout ex processu desuper habito, mihiq; transmissio, latius cognosci potest: rogatusq; ipse fui, ut quid de iure in eadem controuersia respondendum esset, me resolutem, quidq; iudicandum foret, consulerem.

- 1 Quia t uerò iudicantem ante sententiam cuncta timati, et ordinem rerum plena inquisitione discutere oportet. §. q. 1. c. iudicantem. et c. super questionum. i. intentionis. de offic. deleg. cum similibus. † Præsertim in causis grauibus et arduis, qualis præfens est controuersia, ubi propter subitæ periculum animæ cautius est ambulandum, diligentiusq; indagine negocium examinandum, argu. c. ubi periculum. de elect. lib. 6. et

42. dist. c. quiescamus. et 7. quæst. 11. ca. sui. cum similibus. Quare et ipse in persequendis, et iterum atque iterum relegendis processibus et attestationibus, alijsq; actibus huius contentiois, sedulam præstiti et operam et diligentiam. † Quibus omnibus et singulis uisib, exactissimeq; consideratis, uidetur mihi cardo et scopus iudicationis in hoc stare, ut inuestigetur, an dominus ætior affertum adulterium à prædicta domina Ioanna uxore sua pepercaturum esse, legitimis modis ac sufficienter probauerit. Hoc enim ostenso, partes erunt iudicis, iuxta postulationem præfatorum domini ætioris matrimonium inter præfatos coniuges, saltem quò ad thorum, separare atq; diuortio, dotisq; lucrum marito adiudicare. † Indubitatum enim est, q; propter adulterium unus coniugis non reconciliati, licet fiat separatio quò ad thorum: et quòd mulier adultera dotem, quæ est de iure communi eius proprium patrimonium, perdat. Sicut e contrario mulier propter uiri adulterium recipit dotem, donationemq; propter nuptias lucratur. c. plerunq; iuncta gl. in uerb. dotatum. et ibi D. d. extra de dot. post diuort. restit. et in Nou. ut liceat mar. et uxor. §. si de adulterio. et l. consensu. §. si uerò. C. de repud. c. q. ut licet non contesti glo. cum tex. in c. cum Christiana religio. §. 2. q. 5. Quia maritus et mulier in hoc nõ ad im-